¶ Sermo
D

Secundo per gratiam ꝓtegentem: ut conseruet in bono. ¶
Tercio per gratiam ꝓmouentem: ut ducat de bono in melius. ¶
Quarto per gratiam saluantē. ut beatificet: ⁊ ad premium eleuet. Unde psalmista. ¶ Tenuisti manū dexterā meam. De hijs quatuor ysaye. xxxi. ¶ Protegit dominus iherusalem ꝓtegens ⁊ liberans. transiens ⁊ saluans Vocat etiam per inspirationē: ut surgat peccata dimittendo. terrena despiciendo. celestia appetendo. Unde michee. ij. ¶ Surgite ⁊ ite. q2 non habetis hic requiem. Deinde dat ei manducare panem ꝯsolationis interne. Unde apocalipsis. iij. ¶ Si quis surrexerit ⁊ aperuerit mihi: intrabo ⁊ cenabo cum eo. Debemus igitur aperire sibi ¶ Primo foramen per compunctionem. Unde canticorum. v. ¶ Dilectus meus misit manum per foramen ⁊c.
Secundo ostium per confessionem. Unde iob. xx. ¶ Ostium meum viatori patuit.
Tercio ianuam per bonorum operū dilatationem. Unde psalmista. ¶ Attollite portas ⁊c. Ita ingredietur ad nos rex glorie ⁊ cenabit nobiscum: cōplacendo sibi in nostra deuotiōe. nos quoq3 cum eo perfruendo eius dulcedine per gratiam. In futuro per gloriam. Ad quā nos perducere dignetur: qui est deus benedictus in secula. Amen.

¶ Dominica vltima.

¶ Epistola. Colosenſ. primo.

Centesimusnonus

FRatres Nō cessam⁹ pro vobis orantes ⁊ postulātes: ut impleamini agnitione voluntatis eius ⁊c. ut supra in dominica precedenti.

¶ Euangelium. ¶ Math. xxiiij.

IN illo tempore. Dixit ihes⁹ discipulis suis. Cū videritis abhoīationem desolationis que dicta est a daniele propheta: stantē in loco sancto qui legit intelligat. Tunc qui in iudea sunt fugiant ad montes ⁊ qui in tecto nō descendant tollere aliquid de domo sua Et qui in agro non reuertatur tollere tunicam suam. Ve autem pregnātibus ⁊ nutrientibus in illis diebus. Orate autem ut non fiat fuga vestra hyeme vel sabbato. Erit em̄ tunc tribulatio magna qualis nō fuit ab inicio mundi vsq3 modo: neq3 fiet Et nisi breuiati fuerint dies illi: nō fieret salua omīs caro. sed ꝓpter electos breuiabunt dies illi. Tunc si quis vobis dixerit. Ecce hic est xp̄s: aut ecce illic Nolite credere. Surgent em̄ pseudo xp̄i ⁊ pseudo ꝓphete. ⁊ dabunt signa magna ⁊ ꝓdigia: ita ut in errorē ducant si fieri pōt etiā electi. Ecce predixi vobis Si ergo dixerint vobis. ecce in deserto est. nolite exire. ecce in penetrabilib⁹ est: nolite credere. Sicut em̄ fulgur exit ab oriente ⁊ paret vsq3 in occidentem. ita erit aduentus filij hoīs. vbicunq3 fuerit corp⁹: illic congregabunt ⁊ aquile. Statim aūt p⁹ tribulatōem dieꝝ illoꝝ sol obscurabitur: ⁊ luna nō dabit lumē suū ⁊ stelle
M. iiij.

290

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iii-182/0577
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG